QK.158. (16)
Ve 3294a
6

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE
# PACTO CONFRATERNITATIS SAXONICO-BRANDENBVRGICO-HASSIACAE

Von der
## Sächſiſchen Brandenburgiſchen und Heßiſchen Erb-Verbrüderung

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

QVAM
PRAESIDE
HENRICO BODINO
REGIM. ECCLES. IN DVCATV MAGDEB.
CONSIL. REGIO ET PROF. IVR. CELEBERRIMO
PRO LICENTIA
SVMMVM IN VTROQVE IVRE GRADVM, RITE CONSEQVENDI
IN AVDITORIO MAIORI
*Menſe Majo AN. MDCCVIII.*
PVBLICO ERVDITORVM IVDICIO SVBMISIT
IOHANNES ECCARDVS RAVSCH,
CASS. HASSVS.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
18

*VITTEBERGAE*, EX OFFICINA HAKIANA. (6)
1738.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-182322-p0001-5
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-182322-p0002-0

## Σύνοψις.

PActa ſucceſſoria in Germania uſu recepta. §. I. Pactum Confraternitatis definitur. §. II. Origo Confraternitatum. III. Scriptores de pactis confraternitatis & inſtituti ratio. §. IV. Duo diſtinctiſſima pacta inter Sereniſſimas familias Saxonum, Brandenburgicorum & Haſſorum. §. V. Hiſtoria pacti Saxonico-Haſſiaci. VI. Hiſtoria pacti Saxonico-Brandenburgico-Haſſiaci. VII. VIII. IX. Familiæ paciſcentes tres, omniaque familiarum membra. Item jus paciſcendi iis competens. X. Finis Confraternitatis. XI. Formalis ratio pacti & jus inde natum in mutuo paciſcentium conſenſu conſiſtens. XII. Conſenſus Imperatoris ad valorem pacti neceſſarius. XIII. An confirmatio Cæſaris acceſſerit? XIV. Dubia circa hanc quæſtionem ſolvuntur. XV. An Electorum conſenſus requiratur? XVI. An Regum Poloniæ & Bohemiæ? XVII. An ſubditorum & Statuum provincialium conſenſus adhibendus. XVIII. Jusjurandum, ſubſcriptio, ſigillum XIX. Quænam bona in confraternitatem deducta, & quanta bonorum pars cuique adſcripta. XX. An & Electoratus hoc pacto comprehendatur. XXI. XXII. Effectus confraternitatis (1) jus reale in bonis confratris. XXIII. Alienandi facultas addenda XXIV. An etiam teſtandi facultas? XXV. An particularium bonorum alienatio valeat? XXVI. (2) Effectus, homagium a ſubditis confratrum Confratribus præſtandum. XXVII. Obligatio præſidum & præfectorum, magiſtratuum ac civium novorum. XXVIII. Cur homagium Brandenburgicis ac coeterorum

*confratrum ſubditis non præſtetur. XXIX. (3) Effectus, ſucceſſio. XXX. (4) Dignitatis acceſſio. XXXI. (5) Tutela. XXXII. (6) Mutua defenſio. XXXIII. (7) Jus aperturæ. XXXIV. (8) Poſterorum obligatio. XXXV. (9) Obligatir ad ſolvenda debita defuncti. XXXVI. XXXVII. Dos filiabus relictis conſtituenda. XXXVIII. Item dotalitia. XXXIX. Forum competens confraternitatum. XL. Actiones inde profluentes. XLI. Bellum quomodo inde naſci poſſit. XLII. Concluſio.*

§. I.

SEcundum Romana jura duobus modis hereditatem deferri ſcilicet per legitime conditam ultimam voluntatem & per legem ab inteſtato tralatitium eſt. Pactis vero ſucceſſionem deferri poſſe expreſſe negatur in *L. 15. & L. ult. C. de pact.* Non tantum propter præſumtam iniquam mortis captationem & inſidias vitæ evitandas, quod genii Italici malum ſinceritati Germanorum non ſatis convenire videtur, ſed quod naturæ ſucceſſionis repugnare exiſtimaverunt, eandem irrevocabili pacto includere, & tamen hoc demum per mortem vires accipere, cum vero & olim Imperatores Diocletianus & Maximinus militibus indulſerint hereditatem pactis invicem deferre *l. 19. C. de pact.* ita tamen, ut inſtar mortis cauſa donationis habeant, ac ſic revocabilia ſint, niſi Principali ſumma autoritate majus robur hiſce accedat, Principes vero ac Status Imperii tq. hujus & Imperatoris milites ac Vaſalli privilegia militum non immerito prætendant, aliique Vaſalli militum nomine venire ſoleant, ac in antiquiſſimis inveſtiturarum documentis Vaſalli denominentur des Lehn-Herrn Soldaten. Inde facile obtinuit, ut

ut Germanorum moribus nonnulla pacta ſucceſſoria maxime inter illuſtriores certo modo ſuſtineantur, inter quæ pacta duo maxime omnium celebrantur ſc. pactum Confraternitatis & Ganerbinatus, quorum iſtud inter Principes potiſſimum obſervante Hertio *de ſuperioritate territ.* §. LXVI. aut Illuſtres vid. Coccej. *J. P. Cap. XXVI.* hoc vero inter cœteras familias præcipue Nobiles iniri ſolitum: utrumque ad ſuperſtitem familiam deficienti ſubrogandam comparatum. Sed nobis de priori ulterius diſquirendum.

II.

Pactum autem confraternitatis, German. Erb-Verbrüderung, definiente Illuſtri Dn. Stryckio *de ſucceſſ. ab inteſt. Diſſert. VIII. Cap. VII. ſ. VII.* nihil aliud eſt, quam conventio a diverſis familiis Illuſtribus inita de provinciis ac bonis alterius familiæ, extincta illa, certa ſucceſſionis lege acquirendis. Quamvis vero hoc pactum cum pacto confœderationis Germ. Erb-Vereinigung magnam conformitatem habeat, imo hoc in illo ſemper includatur, hæc tamen non plane ſunt confundenda, uti a Clapmario *de Arcanis Rerump. lib. 2. C. 21. in fin.* nec non Waremundo ab Ehrenberg *de foeder. lib. 4. c. 2. ſ. 37.* factum. Siquidem hoc tantum fœdus defenſivum, vel etiam offenſivum, un' Alliance, aut mutuam duntaxat defenſionem & auxilia, adverſus hoſtium impetus continet. Illud vero ſimul mutuam ſucceſſionem reſpicit, ſicut tanquam fratres unius fratris ſtemmate deficiente invicem ſuccedant, confer. Schilt. *Inſt. jur. publ. Lib. III. tit. 1. ſ. 9.*

III.

Negari quoque non poteſt, quod occaſionem forte confraternitatibus confœderationes dederint. Siquidem

dem origo horum pactorum debetur iſtis temporibus, quibus jus manuarium das Fauſt-Recht, & diffidationes privatæ Pontificum imprimis animos paſcentes in uſu fuere, quorum confœderationum Exempla aliquot collegit ex Chronica Auguſtenſi, Trithemii Abbatis Chronico Hirſaugienſis, ex Alberto Stadenſi, Aventini & Adelzreüteri annalibus Datt. *de pac. publ. l. 1. C. IV. §. 32. ſeq.* Quod Seculo XIII. poſt tempora Friederici II. & ab exceſſu Richardi Angliæ Regis ut Chronici Belgici Magni Autor Gemundus recte *fol. 242.* conſtituit, factum, ubi quilibet magni horrendique interregni beneficio creſcere ac in turbato ſtagno anguillas quærere cupiebat. Ab initio quippe convenerat inter certas familias, quæ viribus & potentia minus pollebant, quomodo potentiorum molitionibus & petulantiæ obviam ire poſſint. Peſtea ut eo firmius pacta ſervarentur, extendebantur ea ad ſucceſſionem, ceu Habnius *de jur. Rer. Concl. 75. ſſ. 8.* obſervat. Conf. Vitr. *Inſt. jur. publ. Lib. III. Tit. XX. §. 48. & ibi Notas Pfeffingeri.*

IV.

Sed non lubet multum his immorari: nec certe inſtituti ratio fert naturam & indolem horum pactorum in genere contemplari. Non deſunt alii, qui hanc operam cum laude ſuſceperunt ac perfecerunt. Inter quos hic nominare licet Diſcurſus Bechmanni de Confraternitate perſonarum Illuſtrium. Diſſertationes P. Ritteri, Muſculi, Johannis Caſpari Guttichii, aliorumque de Confraternitatibus, item Myleri ab Ehrenbach de Princip. & Statib. Imp. *P. 1. C. 25.* Itterus *de feud. Imp. Cap. XXVII.* aliique ſed unus inſtar omnium eſſe poteſt Illuſtris Dn. Stryk Ordinarius hujus Academiæ, cujus Diſſert. *de pact. ſucceſſoriis An. 1671.* habita & tractatui de

ſuc-

ſucceſſione ab inteſtat. inſerta, peculiare Caput continet nimirum VII. de Confraternitatibus Principum, atque hoc argumentum perſpicue ac ſolide pertractat. Mihi propoſitum eſt ad Exempla deſcendere, atque pactum, quod inter Sereniſſimas Gentes Saxonicam, Boruſſico-Brandenburgicam & Haſſiacam, de mutua ſucceſſione ac confraternitate initum eſt, ſtudioſius evolvere. Equidem peculiarem Diſſertationem de Confraternitate Saxonico-Haſſiaca Carpzovius reſpondente Petro Gericken Stetinenſi, Lipſiæ An. 1647. habuit. Sed de pacto inter duas tantum Sereniſſ. Familias inito agere inſtituit, ut ipſe indicat *Cap. 4. ſ. 54.* Quid tandem de pacto Confraternitatis Saxonico-Brandenburgico-Haſſiacæ concludendum, vere expeditum eſt, nimirum ad Pactum Confraternitatis Saxonum & Haſſorum, quatenus tale, & de quo noſtrum eſt inſtitutum, domus Brandenburgica nunquam acceſſit. Ut adeo hoc noſtrum argumentum nondum a quoquam ex inſtituto pertractatum fuerit.

V.

Id enim ante omnia notari meretur, duo diſtinctiſſima eſſe pacta inter has Gentes celebrata, quæ vulgo confunduntur, alterum quod Saxones & Haſſi inter ſe ſoli pepigerunt, alterum quod & Brandenburgicos in ſpem communionemque ſucceſſionis admiſit. Id quod illuſtris Strykius obſervat. *l. c.* §. *15.* idemque Pfeffingerus *ad Vitriarium l. c. ſ. 85.* in tantum verius videtur, in quantum Brandenburgicorum in confirmationibus laudati pacti Saxo-Haſſiaci de annis 1537. 1555. & 1587. nulla mentio occurrit. Sed & Carpzovius illam differentiam inculcat, ad pactum Confraternitatis Saxonum & Haſſorum, quatenus tale domum Brandenburgicam

nun-

nunquam acceſſiſſe, aſſerens. De nova autem confraternitate inter Saxones, Brandenburgenſes & Haſſos aliquoties deliberatum & tractatum, quin & concluſum, ac novam deſuper formulam erectam, & a paciſcentibus ſubſcriptione & ſigillis corroboratum fuiſſe *l. c. cap. 4. ſ. 54.* Sed poſtremo tamen per pactionem Naumburgenſem An. 1614. utrumque coaluiſſe videtur.

VI.

Sed hiſtoria horum pactorum altius repetenda. Quod ad pactum Saxonico Haſſiacum attinet, diſcrepant Authores, quo primum anno conditum fuerit, Hotomannus, Ingolſtadienſes & Lovanienſes *Vol. 1. Conſ. 9. German.* nec non Beſoldus *Diſſert. nomicopolit. lib. 1. Diſſert. 14. Num. 3.* Reuſnerus *Conſil. 3. Num. 45. Vol. 1.* annum ponunt 1373. quibus & accedit Limnæus *Lib. IV. J. P. C. 8. ſ. 161.* & Carpzovius *l. c. §. 17.* contra Waremundus ad Ehrenb. *meditam pro fœder. lib. 1. C. 2. Num. 35. pag. 441.* ab horum opinione ſecedens, adſerit, prædicto anno hoc renovatum tantum & a Carolo IV. confirmatum, ortum autem & principium duxiſſe An. 1262. ex bello novennali, quod Henricus Illuſtris Marchio Miſniæ geſſit, cum Sophia St. Eliſabethæ filia deſponſata Henrico Magnanimo Duci Brabantino, Chytræo annotante *in Chronologia*, nec non Fabricio *lib. VI. Origin. Saxon.* Verum Limnæus: „*Ego prioribus* inquit, *ut accedam, moveor* „*confirmatione Caroli IV.* quam infra adduco, qua non re„novatum aliquod pactum ſucceſſorium, ſed de novo ini„tum, ut ipſe contextus innuit, roborat. Non nego Anno „1262. pactum prædictas inter familias initum, ſed lar„gior hoc veritati. At cauſa iſtius pacti ſatis innuit, illud „de defenſione, non de mutua ſucceſſione fuiſſe confe„ctum, ad quod dum DD. noſtri non adverterunt, „etiam

etiam illi, qui alias differentiam obſervarunt inter Erb-„ Vereinigung ſeu confraternitatem pacto mutuo ſuc-„ ceſſiorio initam, & Erb-Vertrag, ex confuſione in er-„ rorem delapſi ſunt.„ Hactenus Limnæus. Cui ſententiæ etiam adſtipulari videtur Müllerus in annalibus des Chur-und Fürſtl. Hauſes Sachſen. p. 10. An. 1421. Erneuerte Landgraf Friedrich der Streitbare mit Landgrafen Ludwigen dem Friedfertigen in Heſſen die zwiſchen Ihren Vorfahren, nemlich Friedrich dem Geſtrengen, Balzarn und Wilhelm dem Einäugigten, Gebrüdern, Land-Grafen in Thüringen eines, und Henrichen dem Eiſern, und Herrmann dem Gelehrten, Gevettern, Land-Grafen in Heſſen in An. 1373. am Donnerſtage in der Pfingſt-Woche zu Eswege aufgerichtete, und vom Käyſer Carl dem IV. zu Prage an S. Lucien Tage ſelbigen Jahres, als er, (wie die Worte des Confirmation-Brieffs lauten.) ſaß offenbar, in vieler anderer ſeiner und des Reichs Fürſten, Grafen ꝛc. Gegenwärtigkeit in Käyſerlicher Majeſtät Zierde und Schönheit (Käyſerlichen Habit) beſtätigte Erb-Verbrüderung, und ließ ſich ſo balden die geſamten Heßiſchen Land-Stände huldigen, dargegen zog dieſer mit jenem zurück in Thüringen, und nahm ſo wohl daſelbſt als in Meiſſen und dem Oſterlande gleichfalls in Perſon die Huldigung ein. Equidem Dilichius in der Heßiſchen Chronicke An. 1263. expreſſe initia confraternitatis ad hoc tempus refert, & ſi circumſtantias reſpicias illud a veroſimilitudine non alienum videtur, ſiquidem renunciare coacta fuerat Sophia Haſſiæ Landgravia juri ſuo in Thuringiam fundato. In ſolatium igitur amiſſarum ditionum hæc pacta de mutua ſucceſſione inita videntur. At vero nihilominus falli Dillichius, & pactum de diviſione utriusque Thuringiæ cum pacto de mutua ſucceſſione confundere videtur. Siquidem multo magis nobis hac in parte Mülleri authoritas quippe qui ſua ex authenticis documentis & Archivo Vinarienſi hauſit. Id certum

eſt, renovatum aliquoties fuiſſe & confirmatum, nimirum Anno 1537. Zizæ Mitwochens nach Judica. Et iterum in Conventu Naumburgenſi Anno 1555. den 12. Martii inter Auguſtum Electorem, Johannem Fridericum II., Johannem Wilhelmum, & Johannem Fridericum III. Duces Saxoniæ; atque Philippum, Wilhelmum, & Ludovicum, Haſſiæ, Landgravios; tabulas hujus renovationis exhibetLimnæus l. c. n. 162. ſeqq. Una cum aliis, quæ huc ſpectant ex Actis Haſſiacis. Die Fürſtl. Marpurgiſche Succeſſion betreffend. Sub tit. *Document. ad deductionem. Nullitatis pag. 12. ſeqq.* Tertiæ quoque renovationis Limnæus l. c. §. 163. meminit, procurantibus Chriſtiano I. Electore, Friderico Wilhelmo, Iohanne, Iohanne Caſimiro, & Iohanne Erneſto, Ducibus Saxoniæ, atque Wilhelmo, Ludovico, Georgio & Mauritio, Landgraviis Anno 1587. den 8. Jul. factæ. Quarta denique & ultima confirmatio Naumburgi Anno 1614. die 30. Mart. ſubſecuta, cujus Exemplar eſt apud Limnæum l. c.

## VII.

Jam de altero quoque, Saxonico-Brandenburgico-Haſſiaco diſtinctius ex Hiſtoria diſpiciendum. Natales ejus indicat Limnæus tit. 1. addit. Num. 25. pag. 606. His verbis; *In antiquis monumentis reperio, fœdus inter Saxoniæ & Brandenburgenſium illuſtriſſimas familias factum atque in literas relatum fuiſſe Norimbergæ* (forte Naumburgi legendum, uti ex Mülleri mox allegando loco patebit) *Anno Chriſti 1451. die Mercurii poſt Converſionis St. Pauli feſtum.* Hoc vero pactum non niſi de mutuis auxiliis initum diſertis verbis Müllerus in Annalibus Saxonicis ad Ann. 1451. teſtatur, cujus verba ſequuntur: Anno

1451. Mitwochens nach Pauli Bekehrung ꝛc. die eodem haben obbenante Churfürſt Friederich der Gütige, und Hertzog Wilhelm III. Gebrüdere, Hertzoge zu Sachſen, und Churfürſt Friederich zu Brandenburg, wie auch Johannes, Albrecht und Friederich Gebrüdere, Marggraffen zu Brandenburg eine ewige Erbeinigung, um einer dem andern auf benöthigten Fall mit gewiſſer Mannſchaft zu aſſiſtiren, aufgerichtet, mit dem Anhange, daß nicht nur allerſeits Beambte dieſer Einigung halber auf vorgeſchriebene Maſſe geloben und ſchwören, ſondern auch eines jedweden Fürſtl. Intereſſenten nach ſeinem Todt hinterlaſſene Männliche Leibes-Lehns-Erben, ſo ſie an ihre Erben gehen, und 14. Jahr alt worden, dieſe Erbeinigung ohne allen Austrag und Befehl gleichfalls geloben und ſchwören ſollen. Sed pergit Limnæus l. c. p. 606. *Huic vero fœderi poſtea Ludovicum Landgravium Haſſiæ cum heredibus ſuis acceſſiſſe An. 1457. Naumburgi ad Salam die Sabbathi poſt Dominicam Miſericordias Domini pag. 619. l. c. ait. conſenſu Imperatoris, Friderici III. initum fuiſſe illud pactum, tabulas vero die Veneris poſt Domin. Quaſimod. confectas, & eo morte perempto, ejusdem filios Ludovicum & Henricum, Langravios Haſſiæ ad obſervationem fœderis, literis Mulhuſiæ datis, Anno Chriſti 1461. de Jovis poſt feſtum St. Andreæ ſe obligaſſe.* Atque hoc quidem pactum de Anno 1457. jam ad confraternitatem mutuamque ſucceſſionem ſpectaſſe, iti dem Müllerus docet, quamvis confirmatio Cæſarea tunc temporis nondum acceſſiſſe videatur ibi Ann. 1457. Freytags nach Quaſimod. iſt zwiſchen Churfürſt Friedrichen und Wilhelmen, Gebrüdern, Hertzogen zu Sachſen, und Land-Graf Ludwigen zu Heſſen eines, und Churfürſt Friedrich zu Brandenburg, Johanſen dem Alchymiſten, Albrechten dem teutſchen Achille, und Friedrichen dem Jüngern und Feiſten, Gebrüdern, Marggraffen zu Brandenburg andern Theils ein Erbverbrüderungs-Receſs zu Naumburg an der Saal aufgerichtet worden, dieſe Erb-Verbrüderung haben die Paciſcenten eine Parthie

der andern, nemlich die von Sachſen und Heſſen eines, und die von Brandenburg andern Theils, vor ſich und ihre Erben gelobet und geſchworen, jedoch ohne Verordnung, daß dieſe ſich auf gleiche Weiſe künftig darzu anpflichtig machen ſolten. Weiter ſaget er in Annalibus: Eodem die iſt zu nur beſagtem Naumburg ein Project, wie Käyſer Friederichs Confirmation nechſt vorberührte Brüderſchaft zwiſchen Sachſen, Brandenburg und Heſſen einzurichten ſey, gefertiget worden, ſo aber nicht zur Perfection kommen. Sonnabends nach dem Sonntag Miſericordias Domini iſt das geſamte Fürſtl. Haus Heſſen zu der im Jahr 1451. zwiſchen Sachſen, Brandenburg, Thüringen und Meiſſen aufgerichteten Erbeinigung getreten, zu Naumburg an der Saal. Verum cum Müllerus deinceps non niſi de pacto confœderationis Erbeinigung loquatur, oportet iſtud pactum confraternitatis tunc nondum completum abſolutumque fuiſſe, id quod etiam ex verbis ejusdem ad An. 1587. infra adducendis ſatis clare colligitur.

## VIII.

Limnæus ulterius hanc Hiſtoriam perſequitur p. 619. l. c. *Poſtquam vero inquit longa temporis intercapedine primi contrahentes mortalitatis legem impleviſſent, nec ulla renovatio pacti interveniſſet, ſucceſſoribus plerisque incognitum id adeo fuit, ut Ao. 1537. in Ziticenſi congregatione cum Marchiones Brandenburgenſes copiam pacti cœteris exhibuiſſent, communi conſenſu decretum fuerit, Archiva uniuscujusque perſcrutari, in Originalia inquirere, & reperta ad Notitiam Partium producere. Quod quidem a Brandenburgenſibus in Conventu Ao. 1538. Serveſtæ habito, factum. Sed tum Electoris Saxoniæ nomine ex Cancellaria, die Lunæ, poſt feſtum Matthiæ reſponſum fuit, nonnulla obſtacula prius removenda, & alia obſervanda, ſi pactum hoc renovari & firmum eſſe debeat. Hinc negocium ſuſpenſum manſit usque*

*ad*

*ad annum 1571. ubi ad renovandum pactum hereditarium de mutuis auxiliis Schonbeccii Conventus habitus fuit. Tunc enim ex duabus formulis nimirum illa, quæ inter 3. prædictas familias Ao. 1457. & altera, quæ inter Saxonicam & Haſſiacam familias, olim facta, nova concepta præſentibus exhibita, abſentibus vero, inter quos erat Georgius Friedericus Marchio Brandenburgenſis transmiſſa: Cui ea in plerisque non diſplicuit, dubia tamen nonnulla movit, & æqualem ſucceſſionem in partes deſideravit. Sed dilatum iterum fuit negocium, donec Ao. 1578. Conventus Naumburgi celebraretur fœderis auxiliaris gratia. Ibi enim levi additione ad priorem formulam facta conſenſu mutuo pactum ſucceſſorium ſuſceptum & confirmationem a Cæſare per Legatos petendam concluſum fuit. Miſſi ergo Ao. 1588. ad Cæſarem legati, ſed dimiſſi dilatorio reſponſo. Tandem Ao: 1614. in Conventu Naumburgenſi reiteratum, ſubſcriptum & ſigillis munitum hoc pactum fuit, ſed juramento nullo vallatum.* Hæc ita ex Limnæo excerpere placuit: quoniam nemo diligentius annotavit, quæ ad Hiſtoriam hujus pacti illuſtrandam pertinent. Verum adhuc magis eandem illuſtrabunt verba Mülleri ex annalibus ipſius Saxonicis ad Ann. 1587. ſequentia, die eod. 4. Jul. 1587. hat der Chur-Fürſt zu Brandenburg den Chur-Fürſten zu Sachſen und übrige Fürſtl. Perſonen zur Mittags-Mahlzeit tractiret. Nachmittags um 3. Uhr haben ſich ſämptl. Chur- und Fürſtl. Räthe und andere zur deliberation Deputirte widerum aufs Rathauß verfüget, und derer Chur-Brandenburgiſchen Räthe anbringen wegen verlangter Erneuerung der zwiſchen Sachſen, Brandenburg, und Heſſen in An. 1457. zu Naumburg aufgerichteten, nachgehends aber der darinnen verfaſſeten ungleichmäßigen Succeſſion halber erſitzen gebliebenden Erb-Verbrüderung angehöret, und ſolches ad referendum genommen. Den 6. Jul. Vormittags iſt der Chur-Brandenburgiſche nechſt vorher berührter Antrag von denen ſämbtl. anweſenden Räthen in deli-

beration gezogen und geſchloſſen worden, daß ſo wohl die Erb-vereinigte als Erb-Verbrüderte durch ihre Räthe deshalben forderlichſt anderweit zuſammen kommen wolten, geſtalt dann zu ſolchem Ende der 6. nächſtfolgenden Monaths Novembr. in Naumburg ſich wiederum einzufinden, benennet worden. Nachmittags ſeynd die Chur-Brandenb. Räthe auf das Rath-Hauß erfordert, und iſt ihnen obiger Schluß in pleno eröfnet worden, worauf jene zur Antwort gegeben, ſie müſten dieſes mahl damit zu frieden ſeyn, woltens ihrem gnädigſten Herrn unterthänigſt referiren, und haben damit ihren Abtrit genommen, nach ſolchem hat man von der Erb-Verbrüderung zwiſchen Sachſen und Heſſen geredet, und daß ſolche gleicher geſtalt vorzunehmen und zubewerckſtelligen ſey, welches man allerſeits beliebet, wiewohl Heſſen ein und das andere, ſo ſie eingedrückt, haben wollen, erinnert, welches aber von Sächßiſcher Seite nicht placidiret worden. Und man den Verlaß genommen übermorgenden Sonnabend den 8. Jul. deshalben wieder zuſammen zukommen. Den 8. Jul. Vormittags um 9. Uhr haben ſich die zur Erb-Verbrüderung gehörige Chur- und Fürſten zu Sachßen und Heſſen als (1) Chur-Sachßen (2) und (3) beyde Hertzoge, zu Sachßen Weimar (4) und (5) beyde Hertzoge zu Sachßen Coburg, wie auch (6) und (7) und (8) die 3. Gebrüdere Landgrafen von Heſſen alle oben ſchon nahmentl. benennet, nebſt des Aeltern Land-Grafen Wilhelms Sohn Morizen in Perſon auf das Rath-Hauß verfüget, da dann der Chur-Fürſtl. Sächß. Cantzler D. David Pfeiffer die vorgeſtriches Tages beliebte Erb-Verbrüderungs-Notul öffentlich Ablaß, worauf ſelbige von ſämbtl. Chur- und Fürſtl. Perſonen unterſchrieben und verſiegelt worden.

IX.

Cæterum in tabulis Naumburgenſibus de Anno 1614. die 30. Martii refertur, quod jam Anteceſſores Brandenburgici in pactum Saxo-Haſſiacum vetus fuerint recepti, ut Schilterus loquitur *J. P. pag. 320.* vel potius,

tius, quod pactum Saxo-Brandenburgico-Haſſiacum jam vetus ſit ab immemoriali tempore cœptum (Brandenburgicos enim in pactum Saxo-Haſſiacum fuiſſe receptos, dici non poteſt, cum ſint duo diverſa pacta) Id autem factum Ao. 1587. tradit Waremundus ab Ehrenberg *de fœder. C. 2. 38. pag. 145.* ſed extat quidem apud Limnæum pactum 1587. 8. Julii Naumburgi renovatum ſed ſolum inter Saxones & Haſſos, excluſo Brandenburgico. Quare tractatus tantum tunc videntur habiti cum Brandenburgico, ut & aliis recipiendis, veluti Brunſvicenſibus, de quo teſtatur Scriptura Principis Brandenburgici, quæ legitur apud Limnæum eodem *Cap. n. 172.* p. 223. conf. Schilt. Inſt. jur. publ. pag. 320. Illud etiam addendum de mutua ſucceſſione primum nihil actum, ſed poſtea tandem Ao. 1571. pactum mutuæ ſucceſſionis inæquale tamen initum, ad quod confirmatio Cæſarea Ao. 1574. 18. Martii acceſſit v. Limnæus J. P. addit. p. 620. Cœterum quod renovationem Naumburgenſem de Ao. 1614. attinet eam utraque pacta tam inter Saxones, & Haſſos tantum quam inter Saxones Brandenburgicos & Haſſos contracta complecti, cum neutrum excludatur exiſtimat Pfeſſing. ad Vitr. lib. III. tit. 20. §. 58. (b)

## X.

Ex his igitur ſatis liquet, quænam ſint familiæ illuſtri hoc Confraternitatis vinculo inter ſe colligatæ, ſcil. hodie tres Sereniſſimæ domus Saxonica Boruſſico-Brandenburgica atque Haſſiaca. Id quod formula etiam Naumburgenſis de Ao. 1614. 30. Mart. diſerte indicat: Nachdem wir unten benante Chur- und Fürſten der Häußer Sachßen, Brandenburg und Heßen uns nach der Naumburg zuſammen verfüget, die von unſern hochlöblichſten und hochlöbl. in

in GOtt ruhende Vorfahren, vor vielen undencklichen Jahren aufgerichtete Erb-Verein- und Erb-Verbrüderung zuerneuern ꝛc. non ſolum vero Capita harum familiarum, ſed & omnes Agnati ſeſe hoc pacto obligarunt. Quocirca in formula pactionis Naumburgenſis omnia tunc viventium agnatorum nomina exprimuntur. Von GOttes Gnaden wir Joh. George Hertzog zu Sachſen, Ertz-Marſchall ꝛc. Joh. Sigmund, Marggraff zu Brandenburg, Ertz-Cämmerer, beyde des Heil. Röm. Reichs Churfürſten Auguſtus, Johann Philipp Friederich, Joh. Ernſt der jungere, Friederich Wilhelm und Albrecht, Joh. Caſimir und Joh. Ernſt der Aeltere, Gebrüdere und Vettern, Hertzoge zu Sachſen ꝛc. Joh. Sigismund Churfürſt von unſern freundlichen lieben HHrn. Schwähervater und Vettern Albrecht Friederichen Marggraf zu Brandenb. und Georg Albrecht, Siegmund und Joh. gleichfals Marggraf zu Brandenb. u. dann Moritz und Ludwig Philips, und Friederich Landgrafen von Heſſen ꝛc. Quod vero jus ita paciſcendi competierit Sereniſſimis hiſce familiis, credo nemo in dubium vocabit, qui libertatem Statuum Imperii conſideraverit ac poteſtatem, etiam hac in parte non niſi certa ratione per Leges Imperii limitatam, confer. Stryck. de Pact. Succ. Cap. 7. §. 9. it. Hornii Jus Publ. Cap. 50. §. 9. Neque *lex pen. C. de pactis* eos ferit. Cum ipſi etiam contra jus commune Leges ferendi poteſtate gaudeant, nec præterea lex iſta in Germania, ubi pacta ſucceſſoria vigent, unquam fuerit recepta. Urget etiam Betſius de pactis familiarum illuſtrium C. V. §. 19. hanc rationem quod cum ſtatus Imperii omnimodam habeant jurisdictionem., ideo tam publico Imperii, quam privato familiarum ſuarum bono, hujusmodi leges rebus ſuis imponere poſſint. Equidem in A. B. & apud Datt. de pace publ. Cap. XIV. n. 9. p. 103.

Con-

Confraternitates ab Imperatore Carolo IV. prohibitæ leguntur, atque irritæ pronunciatæ. Sed iſtud de ejusmodi colligationibus & confratriis uti vocantur intelligendum, quæ a Civitatibus Civitatumque Collegiis initæ ad Archi-Epiſcoporum, Epiſcoporum, Principumque quæ tunc in iſtis civitatibus habebant jura infringenda pertinebant. Ut adeo iſthæc prohibitio noſtræ confraternitati non ſit adverſa.

XI.

Finis hujus confraternitatis eſt publica utilitas & tranquillitas, faciunt enim hujusmodi pacta ad familiarum ſplendorem ac incrementum firmamque inter eas amicitiam ſtabiliendam, item ad ſubditorum utilitatem, ſcilicet ut in florenti ſtatu conſerventur, nec ad ignotum & extraneum Dominum devolvantur. Eandem rationem adducit Gail. *lib.* 2. *Obſ.* 118. *n.* 2. quam & adprobat Betſius *l. c.* §. 19. *cid.* Stryck. *de pact. ſucceſſ. Cap. VII.* §. 8. Conf. Myler ab Ehrenb. *de princip. & Stat. Imp. Part. I. C.* 25. *ſſ.* 8. *ſeqq.* easdem rationes allegat tum ſæpius laudata formula Naumburgenſis: Als wir uns dem allen zu Folge, GOtt zu Ehren, und ſonderlich wegen jetziger Läuffte und vorſtehendes Heil. Römiſchen Reichs Angelegenheiten, um gemeiner Wohlfahrt willen ::: durch angebohrene Liebe, rechter Treue und ſonderlicher Freundſchaft willen ::: Uns, unſern Landen, und den Unſern zu Fried ꝛc. Tum literæ Electoris Saxonis ad Imperatorem d. d. Dresden 1626., d. 30. Aprilis verb. daß von undencklichen Jahren zu Erhaltung Friede, Ruhe und Einigkeit, die 3. Häuſer Sachßen, Brandenburg und Heſſen unter einander eine Erbverbrüderung aufgerichtet, darinnen verſehen, wie es nach Abgang eines gantzen Stammes, mit deſſelbigen hinterlaſſenen Land und Leuthen, auch allem andern, gehalten werden ſolle, welche auch Käyſer Friderich III. im Jahr 1457. con-

firmiret und bekräftiget ꝛc. An vero expediat Imperio ejusmodi pacta iniri? de eo noſtrum non eſt diſputare, ſed potius credere quod utique ad ſalutem Imperii facere poſſint, cum pacem, tranquillitatem ac Conçordiam Statuum Imperii pro ſcopo habeant, id quod clariſſime etiam exprimitur in Reſponſo ſeu Replica Imperatori An. 1588. den 8. und 18. Jun. a Confoederatorum Legatis facta, quam ex diario Conſiliarii cujusdam excerptam exhibet Limnæus *J. P. lib. IV. 8. num. 171.* Solche Zuſammenſetzung wäre gemeynet zu beſſerer Erhaltung gemeines friedlichen Weſens im Heil. Reich, zu mehrer Zuſammenziehung der Herrſchafft und Unterthanen Gemüther, und Zuvorkommung allerhand Weitläuftigkeit, ſo künftig aus ungewöhnlichen Veränderungen deren Herrſchaften erfolgen könte. Item dieſelbe auch nicht Chur-und Fürſtenthum betrifft, die Ihro Majeſt. und dem Reiche allbereit ledig und anheimb gefallen, ſondern die noch auf weitläuftigen ungewiſſen Fällen ſtehen, dadurch dem H. Reich, wann ſolche Fälle ſich gleich zutragen ſolten, an Superiorität, Regalien, gebührender Hülffe, Contribution und Gerechtigkeiten nichts abgehet noch entzogen wird.

XII.

Sed de jure ac valore hujus confraternitatis ulterius diſpiciendum. Equidem jus ipſum primario in mutuo paciſcentium conſenſu, qui formam & eſſentiam cujusque pacti abſolvit, fundatum eſt. Idemque ſatis clare his verbis exprimitur: verbrüderen, vereinen und thun uns zuſammen gegenwärtiglich, in und mit Kraft dieſes Briefes in der allerbeſten und beſtändigſten Form Weiß und Maß, als ſolches jure publico militari, und ſonſt zurecht geſchehen kan und mag. Equidem verba jure publico militari, quæ ex jure civili deſumpta ſunt addere non fuiſſet opus; cum hujusmodi

pacta ex naturali quodam jure ac libertate Principum valeant. Id vero ante omnia diſquirendum, an omnino Paciſcentes Sereniſſimi in idem placitum iverint, & formulam conceptam mutuo conſenſu firmaverint? Quippe de quo aliquando dubitatum fuit. Limnæus tamen *J. P. l. IV. C. 8. n. 172. & Addit T. I. p. 620.* tandem affirmavit, & cum eo Carpzovius qui de nova, inquit, Confraternitate inter Saxones, Brandenburgenſes, & Haſſos, aliquoties deliberatum & tractatum, quin & concluſum, ac novam de ſuper formulam erectam, & a Paciſcentibus ſubſcriptione ac ſigillo corroboratum fuiſſe ex prædictis informatus nemo diffitebitur. Id quod ſuperius etiam in hiſtoria hujus Pacti notavimus.

XIII.

Verum adhuc alia accedant oportet, ad valorem hujuscemodi pacti in Imperio noſtro producendum, quæ quidem non ad eſſentiam, ſed formam accidentalem & circumſtantias pacti referuntur. Inter hæc primo omnium loco authoritas & confirmatio Domini feudi atque adeo imprimis Cæſaris communi DD. conſenſu collocatur. Cujus rei ratio in qualitate bonorum, & juris feudalis Conſtitutionibus poſita eſſe cenſetur. Scilicet ubi bona quæ in confraternitatem deducuntur, vel mere feudalia ſunt, vel per modum complexi & univerſitatis, Territorii ſc. magnam illorum partem conſtituunt: obnexum feudalem conſenſum Imperatoris, tanquam Dominum feudi omnino neceſſarium eſſe putant. Cum nulla Vaſalli circa feuda diſpoſitio aut ordinatio ſine conſenſu Domini valeat. *1. Feud. 8. ſſ. 1. & 2. F. 52. & 55.* Accedere etian hoc, exiſtimant, quod Majeſtatis Cæſareæ maximopere interſit, ne commodum quod ex vacatu-

ris alioquin Imperii feudis ad ſe perveniret ab Imperii Vaſallis ſibi tanquam feudi Domino temere intercipiatur, Vid. Itter. *de Feud. Imp. Cap. XVII.* §. 10. Quibus rationibus adducti haud dubie noſtri etiam paciſcentes Sereniſſimi veniæ & favoris Cæſarei rationem in pactione ſua habuerunt. Ibi: Mit ſonderlicher Erlaubniß und Gunſt des Allerdurchlauchtigſten Großmächtigſten und Unüberwindlichſten Fürſten und Herren, Herren Matthiä Römiſchen Käyſers, unſers Gnädigſten lieben Herren ꝛc.

## XIV.

At vero illud nondum extra omnem controverſiam poſitum creditur, an hac in parte omnino recte ſe habeat noſtrum hoc pactum, atque an Cæſaris, ceterorumque Feudi Dominorum, quorum intereſt, adprobatio & conſenſus acceſſerit. Certe Carpzov. *l. c.* teſtatur, quod linea Haſſica Darmſtadina fœdus hoc cum confirmatio Cæſarea nondum adſit, pro non conſummato nec in effectum deducto habendum contendat, in cauſa Marburgenſi, in articulis ad cauſam principalem pertinentibus 104. 110. 111. 112. *&c.* Equidem antiquum illud pactum anno 1457. initum a Friderico III. eodem anno Norimbergæ, d. Veneris poſt Dominicam quaſimodog. confirmatum dicitur, uti ex literis quoque Electoris Saxonis ſupra allegatis adparet, ibi: Daß ; ; ; die drey Häuſer ; ; ; eine Erb ; Verbrüderung aufgerichtet, ; ; welche auch Käyſer Fridrich im Jahr 1457. confirmirt und bekräftiget. Ejusque Confirmationis apographum ſe vidiſſe ait Limnæus *Add. Tit. 1. pag. 620.* ſed addit: *percepi tamen, illud nonnullis ſcrupulum moviſſe. Certum autem eſt, renovata hæc pacta hactenus a nullo Imperatorum unquam expreſſe confirmata fuiſſe.*

*iſſe.* At implicite tamen a Maximiliano II. comprobata fuere; quippe qui anno 1574. 18. Mart. ſimile ſucceſſionis mutuæ pactum Electoris Brandenburgi, & Ducum Pomeraniæ confirmavit, in quo de ſucceſſione in terris Brandenburgicis, reſervatis in pacto Saxonico, fuit diſpoſitum. Cum igitur hic Confraternitatis tres inter Familias iſtas initæ expreſſa mentio fiat, & poſtea Confirmatio extendatur auf alle und jede derſelben Puncten, Artic. Inhaltungen, Meinung und Begreifungen: Omnino ſimul pactum iſtud, de quo ſermo eſt, comprobaſſe Imperator cenſendus erit. Quin & Pacis Pragenſis Inſtrumentum voluntatem Imperatoris aperte ſatis indicat, imprimis paragraphus ille, quo dicitur, ſo ſolle auch dadurch der dreyen Chur- und Fürſtl. Häuſer Sachſen, Brandenburg, und Heſſen Uhralte, von den Römiſchen Käyſern confirmirte Erbeinigung und Erb-Verbrüderung ohnbeſchadet seyn. At hodie minus dubii circa confirmationem Cæſaris relictum videtur, cum Confraternitates omnes antehac initæ in Capitulationibus Leopoldi & Ioſephi *art. 3. & 6.* Confirmatæ atque adprobatæ legantur. Ibi: Wie wir dann auch die vor dieſem unter Ihnen, denen Reichs Conſtitutionibus gemäß gemachte Vniones gleicher Geſtalt zuförderſt aber die unter denen Chur-Fürſten, Fürſten und Ständen aufgerichtete Erb-Verbrüderungen hiermit confirmiren und adprobiren. Vtut enim hanc Confirmationem negent Limnæus atque Carpz. Scripſere tamen ante Capitulationem Leopoldi, cui hæc Confirmatio, generalis primum inſerta. At Limnæus tamen poſtea *Tom. 2. Addit. ad Lib. 4. C. 4. n. 166. pag. 303.* & in annot.

*ad Capit. Leopoldi d. l.* Verbo Erb-Verbrüderungen, Isque primus, confirmationem hujus pacti agnovit.

XV.

Nihilominus tamen ſunt, qui dubia quædam contra valorem hujus pactionis movent, neque iſthæc ſufficere ajunt, ſed requiri adhuc 1.) Confirmationem Cæſaris expreſſam 2.) Nec non Electorum Imperii 3.) atque Regum Poloniæ & Bohemiæ, ratione feudorum, qui Confratres ab illis feudi titulo habent. Hancque fuiſſe Confratrum ipſorum opinionem & mentem, patere & Receſſu Naumburg. d. 29. Mart. *A. C. 1614.* Vid. Limnæus *J. P. addit. p. 620.* Verum quod ad 1.) attinet, Confirmatio Cæſaris expreſſa hodie utique acceſſit in ultimis Capitulationibus, ut ex §. præcedenti adparet. At, inquis, hæc intelligenda ſunt de pactis legitimo modo & cum conſenſu Imperatoris initis. Reſpondeo, primum nulla reſtrictio addita ſed in genere die unter denen Chur-Fürſten Fürſten und Ständen aufgerichtete Erb-Verbrüderunge confirmantur. Quod ſi verba præcedentia: Die denen Reichs-Conſtitutionibus gemäß gemachte Vniones, eodem trahas oſtendendum erit, quid in hoc pacto conſtitutionibus Imperii non ſit conforme. Sane quod non absque conſenſu Imperatoris paciſci voluerint formula expreſſe indicat: Mit ſonderlicher Erlaubnüß und Gunſt des Allerdurchlauchtigſten &c. Neque iſtum conſenſum ab Imperatore denegatum fuiſſe, tum ex confirmatione Pacti Brandenburgico-Pomerani, tum ex Pacificatione Pragenſi ſatis luculente patet. Quid quod ab initio, ſtatim a Friderico III. iſtud pactum confirmatum fuit. Quod ſi etiam con-

confirmatio in Capitulationibus facta ad conventionem Saxonico - Brandenburgico - Haſſiacam non extendenda ſit, haud dubie iſtud expreſſe admonitum & exceptio facta fuiſſet. Alii rem totam huc recidere exiſtimant; an neceſſarius ſit Imperatoris conſenſus ad pacta ſucceſſoria? quod negandum putant cum ratione ſucceſſionis feuda Germaniæ naturam allodialium habeant. Et certe maximam eſſe differentiam inter feuda Longobardica, & feuda Regalia Principum Germanorum, negari nequit. Vt adeo textus ex uſibus feudalibus ſuperius adducti contra hanc theſin allegari non poſſe videantur. In feudis enim Longobardicis non niſi Particulam proprietatis Vaſallus poſſidebat, at in feudis Regalibus Germaniæ Principes totam proprietatem fundatam habent; Vt taceam Marchionibus Brandenburgicis de feudis ſuis æque ac de allodiis libere diſponendi poteſtatem competere uti ex privilegio Friderici III. liquet vid Limn. *J. P. lib. 5. c. 7. n. 139.* & in *Addit. ibid.* Sed nec opus eſſe, ut iſtud urgeamus, putaverim, cum rationes pro confirmatione Cæſarea allatæ ſufficere ad omne dubium tollendum videantur.

## XVI.

Sed præter Imperatoris Electorum quoque conſenſum requirunt. Quod nec inficias eundum videtur poſt Caroli V. tempora, ubi Capitulatio ab Electoribus Cæſari præſcribi cœpta Cum enim in Capitulatione Caroli V. §. 24. Cæſarea poteſtas in Feudis majoris momenti ita temperata ſit, ut de illis ubi aperta fuerint, neminem rurſus inveſtire valeat, ſed illa Imperio reſervare debeat, atque id eo nec de aperiendis expectativam concedere poſſit, quod & in

in omnium ſequentium Imperatorum Capitulationibus repetitum, in ultimis vero §. 30. expreſſe ad Electorum præſcitum talis reinfeudatio & expectativæ conceſſio reſtricta ſit: Inde manifeſtum reddi ajunt, poſt Carolum V. ab Imperatore ſolo absque Electorum conſenſu confraternitatem de feudo Regali majoris momenti noviter initam, confirmari non poſſe. vid. Illuſtr. Stryck, *de Pactis Succeſſ. Cap. VII. ſ*. 22. Quam ſententiam quoque authoritate ſua firmare videntur Sereniſſimi Paciſcentes in Confraternitate Saxonico-Brandenburgico-Haſſiaca, de qua Naumburgi tractatum fuit A. 1614. ubi reliquorum Electorum conſenſum itidem adhibendum judicarunt, uti ex Protocollo refert Carpz. *d. diſſertat. c. 4. th.* 51. Sed & iſtum conſenſum jam per Capitulationes, quæ ab Electoribus confectæ ſunt, acceſſiſſe nullum amplius eſt dubium. Cæterum Statuum reliquorum Imperii quoque conſenſum nonnulli quidem neceſſarium arbitrantur. Sed quamdiu Capitulatio Perpetua nondum formata, conſenſus Electorum pro conſenſu omnium Ordinum in hujusmodi caſu habendum rectius forte exiſtimatur vid. Titii *Jus publ. Lib. II. Cap. 9. ſ. 68.* conf. Stryk. *l. c. ſ. 24.*

XVII.

Quod ad Regum Poloniæ atque Bohemiæ conſenſum ſpectat ſufficere crediderim, eos non contradixiſſe; imprimis cum Rex Bohemiæ approbando Capitulationem, ſimul Confraternitatibus eadem confirmatis conſenſum præbuerit. Poloniæ vero Regis vix eſt cur ratio hodie habeatur, cum Borusſia dudum nexu feudali Polonico ſoluta fuerit.

XVIII.

XVIII.

Denique an ſubditorum quoque aut Statuum Provincialium conſenſum adhibere teneantur Confratres eſt in quæſtione, & a Myler. ab Ehrenb. *de Princip. & Stat. Imp. P.1. C.25. ſ. 16.* aliisque affirmatur; eo quod, eorum intereſſe videtur, ne alienis ignotisque Dominis ſubjiciantur. At vero cum Principes noſtri Territoria ſua neutiquam ex voluntate ſubditorum accipiant, ſed inſtar Patrimoniorum Imperatoris & Imperii beneficio poſſideant, illud omnino negandum videtur: niſi quod in illis provinciis, ubi Status Provinciales authoritate quadam gaudent, ratio eorum habenda ſit. In ceteris magis ex regulis prudentiæ, quam juſtitiæ ut adhibeatur, ſuadendum eſt. v. Stryk. *l. c. ſ. 26. 27. 28.* Quod & in Confraternitate hac, de qua agimus, obſervatum, unde in tabulis: Mit wohlbedachtem Muth und guten Rath unſerer Rathe, Manne, und der Unſern.

XIX.

Ceterum ad accidentalia Pacti etiam Solennia quædam referuntur, uti ſunt Jusjurandum Paciſcentium, ſubſcriptio, & Sigillum. Quæ quidem non novum robur, aut firmiorem obligationem, ſed majorem certitudinem & veritatis teſtimonium evidentius pacto largiuntur. Quid noſtri Paciſcentes Sereniſſimi hac in parte obſervare voluerint, ſequentia docent. Und haben das zu wahrer Uhrkund und mehrerer Sicherheit wir obgenante beyde Chur-Fürſten, Sachſen und Brandenburg, desgleichen wir Auguſtus, Johann Caſimir, und Joh. Ernſt, Gebrüdere und Vettern, Hertzoge zu Sachſen, Chriſtian, Joachim Ernſt, und Joh. Georg Marggrafen zu Brandenburg, und Wir Mauritz und Ludewig, Landgrafen zu Heſſen, vor uns und unſere allerſeits rechtliche Männliche Lehens-Erben, als dieſer Zeit regierende

Chur-und Fürſten, der Häuſer Sachſen, Brandenburg und Heſſen, unſer Inſiegel wiſſentlich an dieſen Brief laſſen hangen uns auch mit eigener Hand unterſchrieben, und wir Johann Philipp, Friderich, Joh. Ernſt der Jüngere, Friederich Wilhelm, Albrecht, Gebrüdere und Vettern, Hertzoge zu Sachſen; Chriſtian Wilhelm, und Georg Albrecht, Sigmund und Joh. Marggrafen zu Brandenburg; Philips und Friedrich, Land-Grafen zu Heſſen, als noch zur Zeit nicht regierende Herrn zuſagen und verſprechen gleichergeſtalt, daß alles wie obgemeldet, auch veſtiglich zu halten, und haben derohalben neben gethaner Eydes-Leiſtung uns mit unſern Händen unterzeichnet. At juramentum Paciſcentium non acceſſiſſe, Schilterus *J. P. p. 320.* cum Limnæo author eſt. Quod tamen vim pacti non infringit, cum juramenti obligatio tantum acceſſoria ſit. Subſcriptionem vero ſigillo junctam omnino factam fuiſſe, non ex Limnæo ſolum; ſed & Carpzovio ſuperius obſervatum eſt.

## XX.

Jam quænam bona, & quanta bonorum pars, cuique Paciſcentium adſcripta ſint, ex nulla re certius, quam ex ipſis Conventionis Receſſibus perdiſcitur. Ex illis vero patet, uniuerſale hoc pactum eſſe, de bonis omnibus tam præſentibus, quam futuris, tam mobilibus, quam immobilibus, tam patrimonialibus, quam feudalibus atque adeo de bonis per modum univerſitatis transferendis initum, ſi pauca quædam e ditionibus Brandenburgicis excipias. ibi: Allen unſern Chur-Fürſtenthumen, Fürſtenthumen und Herrſchafften, Lehen, Anfäll, Anwartung und Pfandſchaften, mit Landen und Leuten, Erben, eigenen Kleinodien, Schulde, und Gülte, Geſchütz und zugehörigen Artillery, auch aller anderer fahrender Habe, nichts ausgeſchloſſen, beweglich oder unbeweglich, die wir itzund haben, oder wir oder unſere Leibes-Lehns-Erben noch gewin-

gewinnen würden, in allermaſſen ꝛc. Partes vero inter tres familias Sereniſſimas ita ſunt diſtributæ, ut in Haſſiacis quidem duæ tertiæ cedant Saxoni, una Brandenburgico: Nemlich und unterſchiedlich, da es GOTT der Allmächtige alſo ſchickte, daß ſich die Fälle an uns den Landgrafen zutrügen, ſo ſollen die Chur-und Fürſten zu Sachſen an unſeren Landen und Leuten zwey, und das Haus Brandenburg den dritten Theil ererben, Brandenburgicæ vero ditiones æquis partibus Saxonicæ & Haſſiacæ Familiæ, huic tamen & Electoralis dignitas adſcribuntur, exceptis iis, in quæ Pomeraniæ Ducibus jus quoddam pacto quæſitum fuerat; Wo ſich aber die Fälle nach GOttes Willen alſo begeben, daß das Hauß Brandenburg ledig verfiehl, ſo ſollen die Chur-und Fürſtlichen Häuſer Sachſen und Heſſen unſer der Chur- und Fürſten zu Brandenburg verlaſſene Lande und Leute zugleich erben, und unter dem Theil, welcher alsdann auf Heſſen fallen wird, die Dignität der Chur mit begriffen ſeyn: Jedoch haben wir die Chur-und Fürſten zu Brandenburg, uns ausdrücklich bedinget und vorbehalten, daß von ſolchen unſern Landen und Leuten der Ort Landes ſo auf jener Seiten der Oder gelegen, nemlich die Neue Marck, und Land Sternberg, desgleichen auch die Lehnſchafft über die Häuſer Lockenitz und Würraden, ſambt derſelbigen Zugehörigen Gütern, ſo viel der über die Märckiſche Land-Gräntze in Pommern gelegen, ſo lang die Hertzogen zu Pommern und derſelben Männliche Erben für und für im Leben, hievon ausgezogen ſeyn, und in dieſe Erbverbrüderung nicht gehören, die übrigen Lande aber alle auf Sachſen und Heſſen fallen ſollen. Poſtquam vero nunc tota Pomeranorum Ducum Familia defecit, judice Limnæo *Addit. L. IV. C. 8. n. 175.* etiam exceptio ſublata videtur. Denique e Saxonica Hereditate duæ tertiæ cum Electorali dignitate Haſſis, una vero Brandenburgicorum Genti tribuendæ. Wo ſich aber die Fälle, GOttes gnädigen Willen

 nach

nach, alſo zutrügen, daß ſich das gantze Chur-und Fürſtl. Hauß zu Sachſen verledigte, ſo ſollen an allen der Chur-und Fürſten zu Sachſen itzigen und zukünftigen Landen und Leuten, nicht ausgenommen, die Chur-und Fürſten zu Brandenburg einen, und die Land-Grafen zu Heſſen zwey Theile, unter welchen zwey Theilen die Dignität der Chur mit begriffen ſeyn ſolle, zu erben haben.

XXI.

Iſtud vero quæſitum fuit circa Confraternitatem Saxonico - Haſſiacam, an & Electoratus eodam Pacto comprehendatur? Quod contra authorem des wahrhafftigen und gegründeten Berichts, was ſich in den Fürſtl. Weimariſchen und Altenburgiſchen Præcedenz Streit bißher zugetragen, & Joh. Caſp. Guttichium *in Diſp. de Confraternitatibus*, Gieſſæ habita. Lampadium *de Rep. Rom. Germ.* aliosque affirmantes negavit Limnæus *J. P. Lib. IV. c. 8. n. 166. & in addit.* Cum quo & faciunt Carpzovius *de Confrat. Sax. Haſſ.* Rhetius *Comm. ad l. Feud. 8. Eyb. de Teſtament. Princ.* Limnæo contradixerunt Anton. Hotinus, & Heinricus Fridericus Reinhard, Reſpondentes in Collegio publico Sinoldino de Statu Rei Romanæ *Diſp. VI. th. 29. lit. D. pag. 330. ſeqq.* Contra quos diſputat in *Addit. T. I. 620.* Negantium rationes ſunt partim quod Electoratus neque ipſo in pacto neque ejusdem confirmatione, mentio fuerit facta, partim quod de Electoratu Electoribus ipſis diſponere non liceat, *tit. 7. Aur. B. §. 3.* Affirmantes provocant ad documenta in Archivis dominorum Confratrum exſtantia, & ab Imperatore confirmata. Cumprimis urgent, quod in iſtud pactum ab initio omnia tam præſentia, quam futura bona deducta, quodque poſtquam ditio Saxonica Electoralis a Miſnenſibus adquiſita nulla unquam renovatione pacti ea excepta, ſed de omnibus adquiſitis bonis renovatio celebrata

fuerit.

fuerit. Nec obſtare, Electoratum eſſe dignitatem dependentem non a diſpoſitione hominis, ſed legis *A. B. c. 7.* quippe cum idem non tam vi pacti, quam inveſtituræ, ac confirmationis, de omnibus bonis a Cæſarea Majeſtate factæ deferatur. Vid. Guttich. *Diſſ. de Confrat. th. 5. lit. b.*

XXII.

Sed mutavit Limnæus ex parte ſententiam, poſtquam in Diario Conſiliarii cujusdam Principis deprehendit, Dominos Confratres A. 1587. ſucceſſionis pactum ad Electoratum quoque extendiſſe; ut adeo concedat, paciſcentium quidem menti conformem eſſe adverſariorum ſententiam, ſed de eo dubitet, an Cæſar ratione Electoratus pactum confirmaverit. ſc. ex Ephemeridibus iſtis notat, Cæſarem de confirmatione requiſitum ita reſpondiſſe: Die Käyſerl. Majeſtät hätten vernommen, was die Anweſenden Geſandten der Häuſer Sachßen, Brandenburg, und Heſſen wegen confirmation ihrer Herrſchaften hiebevor aufgerichteten, und Jüngſtl. zu Naumburg erneuerten und extendirten Verbrüderung und Erbeinigung ſo münd- ſo ſchriftlich vorgebracht. Nun hätten Ihre Majeſtät gern geſehen, daß gedachte Geſandten die vorige alte Einigung zuſambt ihrer Majeſtät nächſten Vorfahren am Reich, nach und nach erfolgter Beſtätigung, wie in dergleichen Fällen herkommen, in glaubwürdigen Schein wären fürgelegt worden, und man nicht bey der Käyſerl. Regiſtratur erſt nachgeſucht; Dieweil aber Ihre Käyſerl. Maj. die fürgebrachte Einigung in etlichen Puncten wichtig, und an geſtalt alſo befinden, daß Sie nicht allein Ihre Maj. und deren Nachfahren am Käyſerthumb und derſelben Hoheit und Macht, ſondern auch des Heil. Reich und deſſelben Gerechtigkeit betreffen wollen, ſo wolle ſich gebühren der Sache weiter nachzudencken ꝛc. Ex verbis patet, de Pacto Saxonico-Brandenburgico-

Haſſiaco, de quo nos agimus, ſermonem eſſe. In illo autem Electoratum quoque ex mente paciſcentium contineri, ex verbis §. VIII. allegatis clariſſimum eſt. De pacto vero Saxonico-Haſſiaco etiam Schilterus *I. P. lib. 3. Tit. 1. §. 9.* dubitat, num Electoratum quoque ſub ſe complectatur. Cumque Fabricius *Orig. Saxon. lib. 7.* teſtetur in renovatione anno. 1431. ditionem Electoralem Saxonicam exceptam eſſe; credendum eſſe Fabricio, ut teſti fide digno, putat, donec contrarium probetur ex diplomate iſtius anni 1431. aut ſimilibus Reverſalibus, vel homagii præſtationibus temporibus factum fuerit, inquirendum, & an reſervatio illa ditionis Saxonicæ ſublata. Quod ad iſtud vero Pactum, de quo noſtra diſſertatio agit, itidem Schiltero *l. c.* videtur, quo magis ardua eſt hæc quæſtio, eo minus eam deciſam eſſe, an ſc. ſucceſſio ad Electoratus utrimque extendenda? At videtur tamen utique deciſa eſſe per Capitulat. Leopoldinam & Ioſephinam. *art. ſupr. citat.* Et quamvis Schilterus exiſtimet, Capitulationes interpretandas eſſe ex mente Imperatoris; Imperatorem vero illam confirmationem factam intelligere ſalvo jure cujusque, & imprimis proprio & collegii Electoralis, in conferendo Electoratu vocante: tamen rectius forte dicitur, interpretationem ex mente Electorum, Capitulationem præſcribentium, faciendam eſſe, inter hos vero & duo Electores Paciſcentes fuere, qui adeo ſibi ipſius contradicere noluiſſe putandi ſunt. Et præterea per iſtam confirmationem, etiam ratione Electoratus, nihil committitur contra jus, Imperatori & Electoribus in conferendo Electoratu vacante compe-

petens: cum etiam mediante ejusmodi pacto eundem conferre poſſint.

XXIII.

Jam Effectus confraternitatis hujus quidnam operetur quantumque Juris tribuat confoederatis Principibus, ſpectabimus. Primus autem effectus eſt, quod pacto hoc alteri in alterius bonis jus reale firmiſſime radicatum conſtituatur, & quidem ſimultanea inveſtitura Saxonica adhuc pinguius v. Stryk. *de pactis Succeſſ. C. 7. §. 30.* Siquidem bona utriusque ſtatim invicem communia fiunt, ut uterque ſtatim & dominium & poſſeſſionem civilem conſequatur, ſola executione reali in caſum mortis dilata Klock. *Tom. 3. Conſ. 150. n. 11.* ac ficta quædam traditio interveniſſe, bonaque per conſtitutum poſſeſſorium ſtatim translata cenſentur. V. Theodor. Reinck. *de Regim. Sec. & Eccl. L. Claſſ. 4. C. 18. n. 12. ſeqq.* Guttich. *de Confratern. th. 8.* Mylerus *de Princ. & ſtat. Imp. P. 2. c. 25. §. 19.* Id quod clariſſime indicant verba in Confraternitate Saxon - Haſſica: thun auch gemelde Auf- und Ubergabe gegen einander gegenwärtiglich. Similiaque in Saxonico - Brandenb - Haſſiaco repetuntur, und gegen einander Auf- und Ubergebung gethan haben.

XXIV.

Eo usque autem hujus juris efficacia porrigitur, ut tuto exinde colligere liceat, neminem Confratrum bona ſua altero invito alienare poſſe: Ne ſc. alteri jus quæſitum auferatur. Equidem diſertis verbis alienandi poteſtas in hoc noſtro pacto Confœderatis Principibus adempta non fuit, neque quidquam hac de re in pactorum tabulis cautum reperitur: nihilominus

pro-

prohibitio alienationis tacite huic pacto, & ex natura ſua ineſt. Cum enim potiſſimum gentilitia hæc conventio inita ſit, ut bona in familiis paciſcentibus conſerventur, nec ad alios quam qui pactis illis comprehenduntur, devolvi poſſint: abſonum foret, ſi paciſcentium uni pactorum vim atque efficaciam altero invito & reluctante eludere & proculcare fas eſſet. Quam ſententiam contra Bocerum tuetur Betſius *de Pact. fam. Illuſt. c. 4. p. 71. ſeq.* & *c. 5. p. 123.* Beſoldus *diſſert. Nomicopolit. 13. th. 8. 9.* Guttich. *de diſſert. th. 8. lit. d.* Myler ab Ehrenb. *c. l. n. 19.* Itterus *de Feudis Imperii C. 17. §. 13.* & *Ill. Stryk. l. c. ſſ. 31.*

XXV.

Hinc quæſtio naſcitur: An nec teſtamentum condere de bonis ſuis Dominis Confratribus liceat? quæ partim ex eodem fundamento juris, partim ex ipſis tabulis decidenda. Scilicet diſpoſitio de bonis, quæ teſtamento fit, alienatio quædam eſt. Quod ſi igitur nec inter vivos de bonis in confraternitatem deductis diſponere licet; nec ultima voluntate iſtud licebit. Nec opus jam erit, cum Ittero *l. c.* multum diſputare: an pacta illi ſucceſſoria ut contractus inter vivos valeant, an vero ultimæ voluntatis ſpeciem quandam conſtituant? Cum ſimul cum ipſo cenſenſu jus reale in alterum tranſferri oſtenderimus. Id tamen utique fieri poteſt, ut ad certam usque ſummam teſtandi facultas Paciſcentibus indulgeatur; quod etiam in hac noſtra pactione factum, ubi ſumma ne triginta mille florenos ſuperet, nec de immobilibus ſed mobilibus producatur, cautum eſt. Doch ſoll daſſelbige des letzten Herrn, ſo von demſelben Hauſe abgangen, Teſtament die Summa 30. tauſend

tauſend Gulden nicht übertreffen, und auch mit keinen Schlöſſern, Städten noch Dörffern, ſondern aus fahrender Haabe gemacht und geſetzt ſeyn. Quod ſi tamen immobilia loco ſummæ iſtius aſſignatæ, jus competit ſucceſſori eadem reluendi pro eadem Summa: Und ob ſolche Summa des Teſtaments aus Schlöſſern, Städten oder Dörffern verſchrieben oder gemacht wäre, ſo ſoll doch die angehende Parthey, an die Erbſchafft, wie vorgeſchrieben ſtehet, ſolcher Schlöſſer, Städte, Märckten oder Dörffern, darauf die Summa des Teſtaments vermacht wäre, Macht haben, umb ſolche Summa, die alſo in vorgeſchriebener Maß darauf zu Teſtament geſchafft iſt, wieder abzulöſen. Alia eſt vero ratio eorum, qui liberos & agnatos ſuos alias ab inteſtato ſucceſſuros inſtituunt: quippe qui hac ratione de bonis univerſis reſtari non prohibentur. Cum talis diſpoſitio verius ſit ſuperflua ſucceſſoris denominatio, quam ſucceſſionis translatio; quippe quæ hoc caſu non ex voluntate defuncti, ſed beneficio legis defertur. vid. Ill. Stryk. *l. c.* Unde & in his ipſis Familiis exempla Illuſtria Teſtamentorum v. gr. Joh. Georgii I. Electoris Saxoniæ, item Philippi Magnanimi & Mauritii, Haſſiæ Langraviorum, extant.

XXVI.

Illud etiam quæritur, an non particularium bonorum Alienatio valeat? Dubitandi ratio ex eo naſcitur, quod in omnia bona, nullis exceptis jus quæſitum Dominis Confratribus competat; Mit allen unſern Landen und Leuten, die wir jtzo haben, oder hernachmahls gewinnen mögen, item nichts ausgeſchloſſen, beweglich oder unbeweglich Nihilominus praxis teſtatur, Status Imperii de bonis, quæ vocant, domanialibus von ihren Cammer- und Tafel-Gütern, certam partem aut præfecturam, etiam non requiſito Imperatoris & Agnatorum ſpeciali conſenſu non tan-

tum oppignorare, ſed & in totum, ſi ſalus exigat publica, licite alienare poſſe. vid. Seckend. teutſcher Fürſten-Staat *P. 2. c. 3. §. 6.* Franzk. *in Conſilio quodam a facult. Jurid. Jenenſi approbato* apud Struv. Synt. *Jur. Feud. c. 14. aph. 29. n. 5. p. 537. ſeq.* Ex quibus infert Ill. Strykius *l. c. §. 34.* dubium non eſſe quin de bonis in Confraternitatem deductis idem liceat? Siquidem taliter alienans nihilominus jus ſuperioritatis Territorialis ſalvum retinet in bonis hiſce, æque ac in aliis ſubditorum propriis. Unde nec oppignoratio bonorum immobilium neceſſitate ac utilitate exigente hoc pacto confoederatis eſt prohibita: Wäre auch, daß dieſelbe abgegangene Parthey um ihrer oder ihrer Lande Nutz oder Noth wegen, Schloß, Gült oder Güter verſetzt hätten oder ſonſten ſchuldig wären. ꝛc.

XXVII.

Secundus Pacti effectus ex primo fluens eſt Homagium alteri Confratri ab alterius ſubditis & Vaſallis in eventum præſtandum. Cujus rei ratio in jure, quod alteri in alterius bonis competit, poſita eſt. At efficacia hujus homagii non ad præſentem ſubjectionem ac jurisdictionem ſeſe extendit, ſed uti homagium ipſum in eventum ſaltem præſtatur, ita & effectus homagii ab eodem eventu ſuſpenditur, nec prius ſeſe exerit, quam conditio, hoc eſt omnimoda alterutrius Familiæ extinctio adimpleta fuerit. Idem obſervatum volvere tres Paciſcentes Sereniſſimi: Unde formulæ pactionis aliquot articuli de iſthoc homagio inſerti: Und hat jegliche Parthey der andern Parthey auf ſolche Brüderſchaft, Verſammlung, Auf- und Ubergebung aller ihrer Mannſchaft, ſie ſeynd Graffen, Herren, Ritter oder Knechte, Burgmann, Voigte, Amtleute und Bürger, und gemeiniglich Burg, Städte Land und Leute, eine rechte Erbhuldigung, immaſſen ſie als ihren rechten Erb-Herren nach löblichen Herkommen und Gewohnheit, zu leiſten pflegen, thun



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-182322-p0034-8

laſſen, nemlich mit ſolchem Unterſcheid, ob geſchehe, daß ihre Herrſchaften eine ohne männliche recht-eheliche Leibes-Lehns-Erben mit Todt abgingen, daß ſie dann der andern unter uns Partheyen, als ihren rechten natürlichen Erb-Herren gehorſam ſeyn, und gewarten, ſie aufnehmen, und dafür halten ſollen und wollen, immaſſen alles vorgeſchrieben ſtehet, ohn alles Gefehrde. Und welche unſern Städten von allen Seiten her uns verbrüderten Herrn alſo Huldigung gethan haben, die ſollen das zu Bekäntnüß und Sicherheit, ihre Briefe, mit ihrer Städte gewöhnlichen Inſiegel beveſtet, darüber geben. Viciſſim paciſcentes ſeſe mutuo obligarunt ſubditis ac Vaſallis cujusque privilegia ac jura eſſe relinquenda. In dieſer unſerer Brüderſchaft iſt auch namlich beredet, ob unſer ein Theil ohne männliche ehliche Leibes-Lehns-Erben abgiengen, alſo daß ihr Chur-Fürſtenthum, Fürſtenthum und Herrſchaften an die andern die noch im Leben wären nach laut dieſer Brüderſchaft käme, daß wir und unſere Erben, alsdenn alle des abgegangenen und verſtorbenen Chur-Fürſtenthums, Fürſtenthums und Herrſchaften, Mannſchaften, ſie ſeyn Grafen, Herren, Ritter, Knechte, Burgmann, Bürgere, und gemeiniglich, Burg, Städte, Land und Leute, Geiſtl. und weltl. bey allen ihren Rechten, Ehren, Würden, Freyheiten und allen guten Gewohnheiten Herkommen bleiben laſſen, und ſie getreulich dabey ſchützen, ſchirmen und handhaben, und behalten ſollen und wollen, daß wir uns auch, ob ſie das Begehren ſeyn, gegen ihnen auf ziemliche und erbahre Form verſchreiben ſollen.

XXVIII.

Etiam Præſides ac Præfecti caſtellis aut urbibus jurejurando ſeſe obſtringere tenentur, eveniente caſu extinctæ penitus alicujus familiæ, nemini niſi ſuperſtitum Familiarum ſucceſſoribus maſculis ſua caſtella, arces præfecturas, una cum ſemetipſis tradituros: Es ſollen

 auch

auch alle unſere Voigte, und Amptleute, die wir allerſeits ietzo haben, oder hernach ſetzen werden, geloben und leiblich zu GOtt ſchweren, wann ein Chur-oder Fürſtlicher Stamm, Sachßen Brandenburg und Heſſen, das GOtt nach ſeinem Lob gnädiglich verhüten wolle, ohne männliche Lebens-Erben abgienge, daß ſie ſich an niemand anders, dann an die andere Chur- und Fürſtl. Häuſer, Männliches Geſchlechts mit denen Schlöſſern, Veſten und Ampten die ihnen befohlen ſeyn oder befohlen werden, und mit allen ihren Zugehörungen, es ſey fahrende Haab oder anders, allenthalben, wie oben erkläret, getreulich halten, gewarten, ihnen damit gehorſam und unterthänig ſeyn ſollen und wollen, gleicherweiſe und in allermaſſen, als ſie ihren Herren, die ſie zu den Schlöſſern und Aemtern geſetzet hätten, gethan haben, ohn allen Verzug, Eintrag und Gefährde. Iſtud vero homagium repetendum, quoties vel inveſtituram vaſalli petunt, vel novus Magiſtratus municipalis confirmatur, vel in Civium ordinem quis recipitur: Dergleichen Eyd ſoll auch einem jeglichen, wes Standes er ſey, der von uns den Chur- und Fürſten von Sachſen, Brandenburg und Heſſen Lehn empfänget, ihme in ſeine Lehn-Pflicht gegeben werden, wie die Haupt und Amtleute ſchweren ſollen, und ſolches ſoll in einem jeglichen Lehn-Brief geſetzet, und mit deutlichen Worten ausgedrucket werden. Und ſo auch in unſerer der Chur- und Fürſten, Sachßen, Brandenburg und Heſſen Städten, ein neuer Rath aufgehet und beſtätiget, oder auch in denſelben Städten ein neuer Bürger ſoll aufgenommen werden, ſoll in der Rathsbeſtätigung ausgedruckt, auch dem neuen Bürger ſeinen Eyd und Pflicht gebunden werden, dieſer Erb-verbrüderung Auf und Ubergebung, auch den Fällen nach, wie obſtehet, treulich und ohne Wägerung, ſich mit ihren Städten und Bürgern gegen den Fürſten-Stämmen Männliches

Ge-

Geſchlechts, welche nach Abſterben des andern bleiben würden, als die getreuen Unterthanen, wie oben vermeldet, zu halten.

XXIX.

Equidem in formula homagii, quod Subditi Saxoniæ præſtant Landgraviis Haſſiæ quidem; itemque in homagio, quod Subditi Haſſiaci præſtant Saxoniæ Ducibus ſubjectio in eventum promittitur. Videatur Homagii Saxon. formula apud Stryk. *Exam. jur. feud.* Append. *n. 20.* Haſſiaci vero apud Springsfeld. *Tr. de Apanag. c. 11. n. 162.* Aſt in neutra Brandenburgicorum mentio fit. Cujus rei cauſa eſſe exiſtimat Ill. Stykius *in Confraternitate Principum §. 15.* quod non ſtatim Confirmatio Imperatoria ſpecialis acceſſerit, unde tamen non concludendum videtur, iſtud pactum haud ſatis firmo ſubſiſtere talo: cum ejusmodi homagium non ad eſſentiam pacti, ſed accidentalia referenda ſit, & ſufficiat, illud Conſenſu Paciſcentium, ſubſcriptione & ſigillis, quin & confirmatione Cæſarea eſſe firmatum.

XXX.

At palmarius fere effectus, & qui reliquos omnes exuperat, in mutua bonorum ſucceſſione conſpicitur; dum nempe, ſtirpe alterutrius extincta, defuncti Principatus & quæcunque eo pertinent, vigore pactionis ad ſuperſtitem devoluitur. In aller Maſſen wie folget, auf die andere Chur- und Fürſtl. und alle ihre Leibes-Lehns-Erben, gäntzlich und gar zu eigen in allermaſſen, als die von natürlicher angebohrner Sipſchaft nach Käyſerlichen Rechten, geſetzten Rechten, und löblichen Landes Gewohnheit vererbten, und angeſtorben wären, gefallen und erblich bey Ihnen und ihren Erben, als rechten Erb-Herren bleiben ſollen. Equidem diſputant DD. an vi ultimæ voluntatis

& tanquam ex teſtamento, an vero ex lege ſucceſſio obtineat: qua diſputatione nos ſuperſedere poſſe exiſtimo, quamvis enim legum fundamentalium vim pacta hujusmodi habere queant ratione ſubditorum; ratione paciſcentium tamen pacta manent. Nec obſtant Verba jam allegata; als die von natürlicher angebohrner Sippſchafft nach Käyſerlichem Recht ... vererbten. Ex his enim non ſequitur, quod cum ſucceſſione legitima coincidat, ſed quod eundem effectum ſortiri debeat. Quod vero etiam ab ultima voluntate & ſucceſſione teſtamentaria ſucceſſio ex pacto maxime differat, res ipſa loquitur.

XXXI.

Cum ſucceſſione in bona ac territoria conjuncta quoque ſucceſſio in annexam territoriis dignitatem merito cenſeri debet. Cum hereditas per modum univerſitatis deferatur, atque adeo omnia jura defuncti involvat. In noſtra vero pactione diſertis verbis cautum, dignitatem Electoralem Haſſiacis conferendam, daß unter dem Theil, welcher alsdann auf Heſſen fallen wird, die Dignität der Cur mit begriffen ſeyn ſoll.

XXXII.

Denique & omnes tutelæ eodem jure Confraternitatis in Confratres devolvi exiſtimant, ſc. ſi alii agnati deficiant, aut inhabiles exiſtant: idque ob ſpem ſucceſſionis proximam; Quæ tutelæ deferendæ fundamentum eſt. vid. Illuſtr. Stryk. *de pact. Succeſſ. c. 7. §. 40.*

XXXIII.

Naſcuntur quoque obligationes quædam ex fraterna hac conventione, quarum præcipua haud dubie mu-

tua defenſio, quam ſibi paciſcentes expreſſis verbis invicem promiſerunt. Equidem Dn. Coccejus *Jur. publ. c. XXV. §. 4.* non concedere videtur obligationem ad mutua auxilia inde naſci, niſi pactis id expreſſe cautum ſit. Ad recte tamen videtur Myler. ab Ehrenbach *de Princip. & Statibus c. 25. th. 20.* ex ipſa natura Confraternitatis deducere. Cum enim arctiſſimæ ſocietatis ac heridita-riæ ſucceſſionis vinculo inter ſe colligati ſint: nihil juſtius eſt, quam ut mutua ſibi auxilia præſtent, ubi alterutrius ditionibus vis ab hoſtibus immineat. Siquidem communis cauſa hic agitur. Quod vinculum arctius omnino, quam cujuscunque fœderis, merito cenſetur: quia quilibet Confratrum alterius terram tanquam ſuam reſpicit, pro qua tuenda atque conſervanda nemo non excubare ſolet. Formula noſtræ pactionis idem inculcat his verbis: Und als nun unſer jegliche Parthey, der andern Chur-Fürſtenthumb, Fürſtenthumb, Herrſchaft, Land und Leute nach laut unſerer Brüderſchaft rechter Erbe iſt, ſo ſollen wir und unſer jeglicher dem andern getreulich mit Landen und Leuten verholffen ſeyn, unſer jeglicher auch des andern Land und Leute, Mann und Diener, ihre Güter und Haabe helffen wehren, ſchützen, ſchirmen, und vertheidigen, wieder männiglich, wann und wie dick das immer noth geſchicht, ohne Gefährden.

## XXXIV.

Ex eodem fonte jus aperturæ profluit, Sereniſſimis Confratribus in Confratrum caſtellis competens: Es ſollen auch unſer jeglicher Perthey Schloß, Veſtung und Städte, der andern Parthey offen ſeyn, ſich daraus und einzuhelffen, in allen ihren nöthen, wider allermänniglich, auch ohne alles gefährde.

XXXV.

Ceterum ejusmodi pactum non tantum ipſos paciſcentes, ſed & eorum poſteros ac heredes obligare, etiamſi horum expreſſa mentio non fuerit facta, extra controverſiam eſſe, videtur. Cum enim hi tranſeant in omne jus defuncti, haud dubie & in obligationes ejus tranſeant, neceſſe eſt. Et in hoc foret ipſum pactum fere fruſtraneum eſſet. Vt taceam omnium pactorum realium hanc eſſe indolem ut & heredes obligent. vid. Puſend. *de Jur. N. & G. 8. 9. 6. ſeqq.* Vt adeo fruſtra diſſentiat Bodinus *de Republ.* qui talibus pactis poſteros non obligari adſerit, niſi & ipſi conſenſum præbuerint. Ad in noſtræ pactionis formula expreſſa etiam heredum mentio fit: Von uns allen und allen unſern Erben und Nachkommen, ſtät, gantz und unverbrochen ſollen gehalten werden.

XXXVI.

Singularis eſt obligationis ratio, quæ ex pactis & debitis Confratris in ſucceſſorem devoluitur, dum is ad omnia illa, ad quæ alias quilibet ſucceſſor feudalis tenetur. Cujus rei ratio eſt, quod ipſe in univerſum Confratris jus ſuccedit. Primo omnium igitur æs alienum a defuncto ſucceſſore publico nomine contractum & in publicos uſus converſum ſolvere aut oppignorata reluere tenetur. Qua de re formula noſtræ pactionis ita diſpoſuit: Wäre auch, daß dieſelbe abgegangene Parthey umb Ihrer oder ihrer Lande Nutz oder Noth wegen, Schloß, Gült, oder Güther verſetzt hätten, oder ſonſten ſchuldig wären, wann ſolche Verſetzung und ſchuld kündlich und wiſſendlich gemacht wird, ſollen die andern unter uns

an die des abgegangenen Chur-Fürſtenthums, Fürſtenthum, Herrſchaft Land und Leute nach laut dieſer Brüderſchaft alſo kämen, denjenigen, denen die Verſetzung geſchehen, und denen man ſchuldig wäre, nach laut der Brieffe darüber gegeben, oder wie ſolche Verſetzung und Schuld genugſam kündlich gemacht wären, unverrückt und gäntzlich halten, und nach eines jeden zugefallenen Antheil Bezahlung thun.

XXXVII.

Eodem ſpectat ſolutio eorum, quæ defuncti Præſidibus, Præfectis, aliisque Miniſtris debentur: Es ſollen auch alsdenn die Chur- und Fürſten, auf welche das abgegangene Chur-Fürſtenthumb, Fürſtenthumb, und Herrſchaften, nach laut dieſer Brüderſchaft, und Verſammlung kommen werde, nach eines jeden zugefallenen Antheil, derſelben Voigten Amt-Leuten, Schöſſern, Schultheiſſen, und Geleits-Leuten, wer die wären, redlicher Ausrichtung und Zahlung thun, was man ihnen, nach laut ihrer kündlichen und redlichen Rechnung, die man von ihnen aufnehmen, und hören ſoll, ſchuldig wird.

XXXVIII.

Cumprimis dos filiabus defuncti Principis a ſucceſſoribus conſtituenda, cujus quantitas formula pacti definitur: Es iſt auch in dieſer unſerer Brüderſchaft und Sammlung nemlich bedinget, ob einige unter uns vorgenanten Partheyen, alſo ohne Ehliche, Männliche, Rechte, Leibes-Lehns-Erben abgiengen, und doch Töchter,

 Schwe-

Schweſtern, und andere Fräulein, aus demſelben Hauſe gebohren, eine oder mehr hinter ſich lieſſen, die zu der Heil. Ehe noch nicht ausgeſetzt, noch berathen wären, daß alsdenn die andern Partheyen, auf die das abgegangene Churfürſtenthum, Fürſtenthum, Herrſchaften, und Lande, immaſſen wie vorgeſchrieben ſtehet, verſtorben wären, dieſelben Töchter, Schweſtern, oder Fräulein, als viel der wären, jegliche beſonder mit vier und zwantzig Gülden Rheiniſchen Ehe-Geldes, und ſonſten allen andern Fürſtl. Auſſetzungen, auſſetzen, und berathen ſollen, in allermaſſen, als die abgeſtorbene Fürſten darvor in vergangenen Zeiten, ihre Schweſtern und Töchter gewöhnlich ausgeſteuret, und berathen haben, und wo der Fürſt, der alſo der letzte unter einer Parthey verſtürbe, nicht mehr denn ein Fräulein deſſelben Stammes verlieſſe, ſoll derſelben die Summa ihrer Heimſteuer gebeſſert werden, mit viertzig tauſend Gülden. Wo ſie aber derer mehr verlieſſen, ſo ſoll ihnen die gebeſſert werden, ihr ieglichen mit zwantzig tauſend Gülden, und ihnen förter keine Beſſerung, noch wegen väterlicher, mütterlicher oder brüderlicher Erbſchaften, Legitima, oder anderer Anfäll, was mehr zureichen, zu geben, oder folgen zu laſſen, ſchuldig ſeyn, ſondern ſie ſollen mit obberührter Summen aller ihrer Forderung, ſo ſie zu haben gedächten, allenthalben vergnüget und abgerichtet ſeyn und bleiben, und ſich hierüber keiner Succeſſion oder anderer Anforderung an den Häuſern Sachſen, Brandenburg und Heſſen anmaſſen, in keinerley Weiſe und Wege. Quod ſi vero filia Principis relicta matrimonium non inierit, ſuſtentatio dignitati conformis eidem præſtanda. Wo aber die verlaſſene Fräulein, ihrer wären eine oder mehr, wie vorgeſchrieben ſtehet, nicht ehelich worden,

den, daß doch in ihren Willen ſtehen ſolle, dieſelben ſoll die Parthey, an welche die Land und Leute verfallen, in ihren Frauenzimmer Fürſtlich unterhalten, oder aber, wo ihr nicht gelegen ſeyn wolte, in und bey deſſelben Chur-und Fürſten Hofhaltung und Frauenzimmer zu ſeyn, oder zu bleiben, die anderer Wege mit nothdürftiger Unterhaltung und Leibgeding, als Jährigen vier tauſend Gülden verſehen und verſorget werden.

## XXXIX.

Non minus obligantur ſucceſſores ad dotalitia viduis conſtituenda, ac conſtituta iis relinquenda: Ob auch nach des letzten Fürſten Abgang etliche Fürſtin, Wittiben, ſie wären deſſelben letzten verſtorbenen Fürſten, oder anderer Fürſten deſſelben Stammes, als der Parthey dieſer Erb-Verbrüderung verwand, ihr wären eine oder mehr, nach ſeinen Tode im Leben, die dann auch ſolchen der verſtorbenen Chur-Fürſtenthumen, Herrſchaften, Schlöſſern, Städten, Märckten, Dörffern, Land und Leuten, Verſchreibung, Verweiſung oder Vermächtnüß ihres Heyrath-Guths, es wäre Haupt-Steuer oder Morgen-Gabe, wie das genannt wäre, hätten, dieſelben, und ihr iegliche ſoll bey ſolcher Verſchreibung, Verweiſung und Vermächtnüs geruhiglich bleiben, der genieſſen, und gebrauchen, nach laut der Brieſe, ihnen von ihren Gemahlen darüber gegeben, und von der angehenden Parthey darbey geſchützet, geſchirmet, und getreulich gehandhabet werden. Und ob ſolche Wittib ihres Heyrath-Guts, Morgen-Gab oder Leibgeding nicht vermacht oder verweiſet wäre, ſollen die angehenden Partheyen ſie gebührlich nach Redligkeit verwei-

weiſen, und ſie dabey ſchirmen und handhaben, in allermaſſen, als ob das von ihren Gemahlen verwieſen und verſchrieben wäre.

XL.

Denique judicium hujus pacti, & actiones inde profluentes breviter cenſebimus Sc. haud dubie in his cauſis ad Confraternitatem ſpectantibus judicium aulicum cum Camera concurrentem jurisdictionem habet. Quamvis enim territoria, quæ hoc pacto in Confraternitatem deducuntur ad feuda regalia pertineant, quæ uſu ad Judicium aulicum tantum devolvuntur: tamen hæ cauſæ quatenus ex Confraternitate naſcuntur, non conſiderantur tanquam feudales, adeoque a Jurisdictione Cameræ non excipiuntur. Unde & Klockius *T. 3. Conſ. 150. pr. & n. 14.* teſtatur, mandata inhibitoria S. C. de non alienando contra Confratrem, bona in pactum deducta alienantem, in Camera decerni. At nec judicium Auſtregarum conventionalium hic prorſus excludendum, quod exemplo Confraternitatis Sax. & Haſſiacæ probat Hornius *Jur. publ. Cap. LVI. §. 5.* & Europ. Herold. *T. I. pag. 923.*

XLI.

Quod ſi igitur judicio experiundum ſit, certa quædam remedia competunt, quæ nominibus ex jure Civili peprompτis ita deſignantur. Sc. 1) Hereditatis petitio conventionalis, ex Jure reali ac hereditario, quæ cuique paciſcentium in alterius bonis ſtatim a tempore conſummari pacti competit, oriunda. Hoc enim jure, tanquam fundamento, nitens Confrater ſuperſtes

ſtes ad conſequenda bona, defuncti in pactum deducta hac actione contra poſſidentes pro herede recte experitur. Vid. Hahn. *de jure Rer. Conſt.* 74. *n.* 15. Stryck. de pact. Succeſſ. *Cap.* 7. *ſ*. 47. 2.) Reivindicatio, ſeu actio realis revocatoria contra titulo ſingulari poſſidentes, ad exemplum, ſimultanee inveſtitorum Vid. Struv. Synt. *I. Feud. cap.* 13. *aph.* 17. Confratri ſuperſtiti competens ad bona a defuncto de facto alienata, etiam a tertio poſſeſſore revocanda, alienatione pro nulla declarata. vid. Klock. *Tom.* 3. *Conſ.* 150. *n.* 14. *ſeq.* Stryck. *l. c.* Ex quo juris beneficio 3) Exceptio Domini datur Confratri, qui bonorum injuſte alienatorum poſſeſſionem legitime conſecutus eſt, ſi ab illis, in quos alienata fuere, conveniatur. Klock. *l. c. n.* 14. Stryck. *l. c. ſ*. 47. 4) Remedia poſſeſſoria quoque dantur Confratri ſuccedenti, v. gr. utile interdictum quorum bonorum pro conſequendis bonis v. Knipſchild *de fideicom. Famil. Illuſtr. c.* 13. *n.* 84. 85. 86. *ſeq.* Stryck. *l. c. ſ*. 48. 5) actio perſonalis, ſeu Condictio ex pacto, item actio ad intereſſe contra heredes alienantis Klock. *l. c. Conſ.* 150. *n.* 140. Stryck *l. c.* 6) Mandata inhibitoria, ſine clauſula, de non alienando, ſi ſcilicet unus Confratrum bona in pactum deducta alienare tentet: quia hoc pacto non nuda ſuccedendi potentia, in bonis alterius, ſed inſuper & jus reale conſtituitur Klock. *T.* 3. *Conſ.* 150. *pr.* & *n.* 14. ibique relat. Knipſchild. *l. c. cap.* 13. *n.* 90. Stryck. *l. c.* 7) Jus interveniendi, quod denegari nequit alteri confratrum, ſi confrater in judicio conveniatur ratione bonorum in pactum deductorum ſiquidem utique intereſt confratris ne alterius provinciæ imminuantur, aut mutationem ſubeant. Stryck. *l. c. ſ*. 49.

Hc 3299 OA



XLII.

Denique in caſu, ubi judicia ceſſant, juſtam belli cauſam producit hoc pactum non ſolum adverſus Paciſcentes ipſos ſi alter alterum in jure ſuo turbet, ſed etiam adverſus extraneum Confratri bellum inferentem. Utrumque ex jure Superioritatis Territorialis fluit, dum quilibet ſummus Imperans qui per viam juris ſuum conſequi & tueri nequit, facultate polleat, vi ac armis ſeſe ac bona ſua defendendi v. Stryck. l. 3. §. 49. qui exemplo iſtud Mauritii Saxoniæ Ducis Comitatum Catimelibocenſem ad Philippum Haſſiæ Landgravium pertinentem, armis occupantis, & adverſus Carolum V. vindicantis, firmat.

At vero DEVS T. O. M. bellum omne a Sereniſſimis paciſcentibus clementiſſime avertat, pacemque ac tranquillitatem Territoriis ipſorum, denique Familiarum Sereniſſimarum diuturnam, imo perpetuam propagationem largiatur.

F I N I S.

X 2374441

QK. 158. (16)
Ve 3294 a
6

# DISSERTATIO INAVGVRALIS DE PACTO CONFRATERNITATIS SAXONICO-BRANDENBVRGICO-HASSIACAE

Von der
**Sächſiſchen Brandenburgiſchen und Heßiſchen Erb-Verbrüderung**

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

QVAM
PRAESIDE
**HENRICO BODINO**
REGIM. ECCLES. IN DVCATV MAGDEB.
CONSIL. REGIO ET PROF. IVR. CELEBERRIMO
PRO LICENTIA
SVMMVM IN VTROQVE IVRE GRADVM, RITE CONSEQVENDI
IN AVDITORIO MAIORI
*Menſe Majo AN. MDCCVIII.*
PVBLICO ERVDITORVM IVDICIO SVBMISIT
**IOHANNES ECCARDVS RAVSCH,**
CASS. HASSVS.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
18

*VITTEBERGAE*, EX OFFICINA HAKIANA. (6)
1738.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-182322-p0047-0